





17909,
D. O. M. A. 37 49.

Dn JEREMIAE REUSNERI J&I

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Le-

gitimæ,

DISPUTATIO QUINTA, 1654 7

DE

SUCCESSIONE

FISCI

Quam

Consentiente Magnificæ & Nobilissimæ Facultate Juridicâ in illustrâ
Academiâ Witteberga

PRÆSIDE

DAVIDE CICHORIO

LUSATO, J. V. D.

Publicæ eruditorum ventilationi subiectis

CASPAR GOMMER/

Budissinus Lusatus.

In auditorio Jureconsultorum

ad d. 22. Julii hor. matut.



WITTEBERGÆ

Typis Viduæ Johannis Haken

Anno M. DC. LIV.

D. O. M. A.
Do JEREMIE REUSNERI
Ibi

Venditionis successoriae L.

DISPUTATIO
DE

SUC CESSIO NE

F I S C I

Disputatio de venditione successoriae

DE SUC CESSIO NE

DAVIDE OLICHORIO

LEONARDI V. D.

CASPARI SCHNEIDERI

Bibliothecae Universitatis
in Lipsia

RECTORI UNIVERSITATIS

IN LIPSIA



DN. JEREMIAE REUSNERI Jcti

Celeberrimi,

Ventilationis Successionis Legitimæ

DISPUTATIONEM QUINTAM,

DE

S U C C E S S I O N E

FISCI

sub Præsidio

DAVIDIS CICHORII LUSAT.


J.V.D.

Publicè propugnabit

C A S P A R S O M M E R

Budisinus Lusatus

CONTINUATIO.



ACTUM est in Disputatione præcedenti de prioris successionis genere quo Civili Jure & Legibus inducta ratione hereditas nobis defertur: restat posterius, nimirum de Successione Fisci, vel illorum, qui fisco hoc in casu equiparantur, quo de, pro ratione instituti brevibus in præsentiarum

THESIS I.

FISCI vocabulum à fiscis, fiscinis & fiscellis descendit, quæ sparteæ sunt utensilia ad majoris summæ pecunias capiendas: Unde quia major summa est pecuniæ publicæ quam privatæ, ut pro censu privato loculos & aream, & sacculos dicimus: Sic pro publico thesauro ærarii, dicitur Fiscus, teste Ascon. Pædiano in 2. Verrina. Festo Lib. 15. & Isidor. Lib. ult. Etymolog.

P

cap.

cap. 9. Schneid. ad tit. Inst. de heredit. qua ab intest. Rubr. de success. fisci. n. 3. Borch. de grad. Rubr. de success. fisci pag. 260

II.

Continet autem Fiscus pecuniam eam, quæ in Principis Romani Patrimonio est, & ad tuendam ipsius dignitatem conferatur. l. Prætor ait. 2. §. hoc interdictum. 4 ff. ne quid in loc. publ. t. tit. ff. C. de jure fisci. Alcon. d. loc. Schneid. d. loc. n. 2. quemadmodum Aerarium publicum Imperij, vel populi pecuniam arg. l. non intelligitur. 3. §. pen. ff. de jur. fisci. l. pacta conventa. 72. §. fin. ff. de contrah. empt. Hinc Plinius in Panegyri. At fortasse non eadem severitate fiscum quàm aerarium cohibes? imò tanto majore, quanto plus tibi licere de tuo, quàm de publico credis. Vide Rævard, 4. varior. cap. 4. Schneid. d. Rubr. n. 6. Cujac. in l. 2. C. de petit. bon. sublat. & ad Rubr. C. de jur. fisci. Duaren. ad tit. ff. de jur. fisci. c. 1. Gail. 2. obs. 10. n. 3. Schönborner. Lib. 4. polit. cap. 15. & 32. Hoënon disp. polit. 5. tb. 72. Matth. Steph. Lib. 2. de Jurisdic. part. 1. cap. 7. n. 2. §. & 37.

III.

Hodie tamen discrimen istud ab aula recessit, postquam nimirum Reipubl. forma mutata est, & eadem privilegia, quæ aerario competebant, fisco indulta sunt à Justiniano in l. bene à Zenone. 3. C. de quadrienn. prescript. & §. fin. Instit. de usucap. præsertim cum etiam ante ipsum Justinianum Fiscus & Aerarij vocabulis promiscuè usus sit Zeno Imp. in l. omnes. 2. C. de quadrienn. prescript. ut & J. C. Paulus in l. Edicto. 13. pr. ff. de jur. fisci. juncta l. Senatus. 15. §. 1. & 3. cod. Unde & hodie Fiscus indistinctè Cameralis Imperij vel Imperatoris dicitur in Recept. Imper. Constit. Frederic. III. Francofurti Anno 1442 promulgata §. Item wann die. ib. Des Reichskammer. & Ordin. Monet. a Ferdinando Anno 1559. Augusta edita. §. wir ordnen. setzen/und wollen/ib. Unser Keyserliche Kammer.

IV.

Etsi verò Jure nostro Romano inspecto, Fiscus & Jus confiscandi soli Imperatori competat: inferioribus autem magistratibus vel municipijs nequaquam. l. simile. 10. ff. ad municipal. l. 1. C. de bon. vacant. licet circa communis ipsis deneganda non sit, l. §. quibus. 1. ff. quod. cujuscunque. univers. Nostri tamen moribus:

Jura

Jura fiscalia præter Imperatorem, non tantum Papa sibi vindicavit in terris Ecclesiæ. *cl. n. nolentes. 2. de heretic.* Schneid. *d. Rub. n. 7.* verum etiam alij Principes & Domini inferiores, ut & Civitates superiores recognoscentes iisdem gaudent juribus & privilegijs, sive speciali Imperatoris concessione *arg. d. l. 1. C. de bon. vacant. d. l. simile. 10. l. Antiochensum. 22. ff. de privil. credit. sive regalium* (quo etiam jus confiscandi pertinet. *cap. 1. quæ sint regal. 2. Feud. 56.*) impetratione: sive diuturnâ consuetudine, & præscriptione acquisitis. *c. super quibusdam. 26. §. præterea, ex tr. de V. S. Scheid. d. loc. nu. 8. Ambr. Schurret. tr. de heredit. quæ ab intest. tit. de success. fisci, 17. in pr. Borch. in c. un. quæ sunt regal. n. 15.*

V.

Hoc amplius de consuetudine provinciarum Saxoniarum, quilibet superiorem habentes Jurisdictionem, Die Ober oder Halsgerichte haben/ jus quoq; confiscandi usurpant. *Landr. Lib. 1, art. 28. & Lib. 2. art. 31. & 37. Schneid. d. num 8. in f. Ambr. Schurret. d. tr. tit. specialia ad sext. reg. 18. Rubr. fisci diversit. Saxon. Matth. Coler. p. 1. decis. 72. num 3. Dan. Moller. in constit. ult. p. 3. n. 7. & ibid. Reinh. Rosa, in addit. Fachs, diff. 35. & Reinh. p. 1. diff. 34. Andr. Goldbek. tr. de success. Gerad. Rubr. de tert. ord. succed. n. 3.*

VI.

Ad illum itaque cui inferior tantum competit Jurisdictio; Der Nieder oder Erbgerichte hatt/ jura fiscalia nullatenus pertinent. *Gl. ad text. German. d. art. 28. lit. B. & ad text. Lat. in verb. Quicquid talium propterea, quod potestas regalis. Königl. Gewalt/ seu jus gladij (sunt enim hæc cum superiore Jurisdictione synonyma, weichb. art. 59. & ibid. gl. Schneid. d. loc. n. 17.) hereditariâ concessâ Jurisdictione non transeat, arg. l. 1. ff. de offic. ejus cui mandat.*

VII.

Fisci autem jura & privilegia varia hinc inde ab Interpretibus traduntur, de quibus vide Franc. Lucan. *in tr. de fisco & ejus privileg.* Mart. Laudens. *in tr. de fisco* M. Anton Peregrin. *in tr. de*

Jur. & privileg. fisci. Schneid. d. loc. n. 6, & seqq. quorum præcipuum fere in occupatione bonorum consistit, quæ variis ex causis contingere potest, quarum quindecim recenset J.C. Calistratus in l. 1. pr. ff. de Jur. fisci. & plures addit Accurs. ib. Vid. Schneid. d. loc. n. 11. Nos memores instituti nostri occupationem bonorum vacantiam tantummodò perlustrabimus.

IIX.

Bona verò vacantia non ea hic dicimus, quæ per tempus aliquod à morte alicujus sine domino & herede vacua jacent, modò spes sit talem aliquando exiturum; illa enim hereditatis jacentis nomine veniunt §. servus etiam. 2. Instit. de hered. inst. l. deniq; 13. §. quæsitum 5. ff. quod vi aut clam. l. 1. pr. ff. de success. edict. l. is cui. 5. §. cessatum. 20. ff. ut inpossess. legat. Sed quorum neque heres, neque possessor extat vel speratur. l. si ve ingenuus. 2. in f. ubi Goth. ff. ad SC. Tertull. l. 1. & l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. l. fiscus. 28. ff. de Jur. fisci. nec ullam. 13. §. Item si quis à fisco 9. ff. de pet. her. Schneid. d. loc. n. 13. & seqq. Vocantur etiam Caduca, ut apparet ex l. ult. C. Theod. de bon. vacant. & extit. subseqq.

IX.

Vacare autem non tantum ea dicuntur bona, quæ omninò nullum habent heredem vel possessorem, sed etiam ea, quæ habent quidem aliquem, non tamen legitimum, sed incapacem vel indignum. d. l. vacantia. 4. C. de bon. vacant. arg. §. per contrarium. 5. Inst. de heredit. que ab. intest. & l. quotiens. 6. ff. qui satis dar. cogant. Adde Gl. German. ad text. Germ. Landr. Lib. 1. art. 28. verb. Was solches Ding. Unde triplex causa successione fisci: I. Si nullus omnino adsit heres: II. Si Incapax: III. Si Indignus.

X.

NULLUS adest heres, si neque ex lineà descendente, neque ascendenti, neque collateralis, etiam ultra decimum gradum infinitum (per ea quæ supra Disp. 3. th. 97. & seqq. adduximus) de functo conjunctus, neque conjux superfit. d. l. vacantia. 4. l. un. de vir & ux. adde supra th. 8. tunc enim fiscus bona tanquam nullius, & l. Julia caducariâ, caduca occupat. l. quidam. 96. §. 1. ff. de l.

de leg. 1. l. jubemus. 4. v. nam cum. inf. C. de prapof. sacr. cubic. Lib.
12. l. ergo. 4. S. eadem. 17. ff. de fideicom. libert. Ulpian. in fragm. tit.
de possess. dand. 28. S. intestati. 7. Schneid. d. loc. n. 14.

XI.

Paullum hic à Jure civili recedere videtur Ius Saxonicum, quod differentiam in bonis vacantibus constituit, adeo, ut proprietas a pagano, von einen Bawergilden (quo nomine qui veniant explicat gl. Lib. 1. Landr. art. 2. n. 4.) relicta, ad quam heres non existat, si ad tres mansos, bey drey Hussen / vel minus se extendat, praefectura, id est scultetia adiiciatur. gehört in das Schultheisthumb. Sed si tringinta mansorum vel minus se, summa extenderit, comitatui applicetur, gehört in die Grafschafft. Si vero hunc numerum transcendat, ad regalem pertineat majestatem, ist dem König alles ledig worden / Landr. Lib. 3. art. 80. Gl. Weichbildt. art. 59. n. 6.

XII.

Circa Latinos quoque, quos Lassen Saxo vocat, speciale quid introductum est jure Saxonico. Illis enim demortuis partem bonorum mobilium dimidiam lucratur dominus. Gl. Landr. Lib. 3. art. 43. n. 5, ad verb. Da liessen sie die Bawern. Idque hodie in Saxonia multis adhuc locis consuetudinis esse, ut Nobiles de bonis subditorum suorum, quos Lassen nominant, sine liberis mortuorum dimidiam, tertiam vel quartam partem pro varietate locorum & consuetudinis percipiant, inquit Zobel, in Not. marginal. ibid. § p. 2. diff. 7. n. 3. idque ius in Gallia Manum mortuam vocari, probat ex Guid. Pap. decis. 36.

XIII.

INCAPAX propriè is dicitur, qui per leges, licet nullà suà culpà, capere non potest, adeo ut relicta ipsi ab initio inutilia sint. l. 1. pr. ubi Acc. & Goth ff. de jur. fisci. l. si in metallum. 3. in f. ff. de his que pro non script. Wes. in paratt. ff. eodem. INDIGNVS

P 6

autem

autem, cui quod relinquitur ipso jure valet, sed ob culpam vel
crimen aufertur, l. Papinianus, 8. §, meminisse. 14. ff. de inoff. test.
l. editto. 13. §, pen ff. de jur. fisci. l. indignum, 3. ff. de his que ut indign.
Bart in l. ult. ff. d. t. Wes. in parat. ff. eod n, 1. Quin tamen hæc
vocabula interdum promiscuè usurpentur, nullum est dubium.

XIV.

De INCAPACIBUS porro tenenda est regula generalis
Quod fiscus ad portionem incapacibus relictam vel debitam
non prius invitetur, quam si nec alii scripti nec legitimi adsint
l. si intellectum 3. ff. de his que pro non script. l. un. §. in primo. 3. C.
de caduc. toll. l. 1. C. de secund nupt. Donell, 6. comm. 17. & ib. Hillig.
lit. T. ubi ad contraria respondetur. Wes. in parat. ff. de his que pro
non script. Idque de filiis reorum criminis læsæ majestatis recte de-
fendit Menoch Lib. 3. cons. 275. n. 26. Fach. 9. contr. 36, Hoc non.
Disp. Inst. 12. tb. ult. & Disp. ult. tb. 2, in f.

XV.

Incapacium autem numero sunt: I, Maximam & mediam pes-
sæ capitis diminutionem, ut sunt in metallum damnati, servi pœ-
næ & alii. l. sunt quidam. 17. ff. de pœn. l. si in metallum. 3. cum l. seq.
§. 1. ff. de his que pro non script. Nam cum hi desinant esse cives Ro-
mani & fiant servi. §. 1. & 2. Inst. de cap. diminut. Servi autem ut
servi nihil capere possint, Donell. d. loc. amittent quoque om-
nia beneficia & privilegia civium Romanorum, adeo, ut jus e-
tiam cognationis, quod in percipiendis hereditatibus vel maxi-
mè consistit, pereat. §. quod autem 6. l. 1. ff. de cap. diminut. Ambr.
Schur. d. tr. Reg. spec. 1. limit. 9, & Reg. 6. ampl. 4. & 8.

XVI.

II. Incestuosi & adulterini liberi, qui nec parentibus, vide
supra Disp. 1. de success. descend. tb. 138. & seq. nec collateralibus
succedere possunt. Vid. Disp. 3. de success. collateral. tb. 110. Unde
fiscus ipsis hisce casibus præfertur. Ambr. Schurer. d. Reg. 6. Ampl.
Schaeidevv. d. loc. n. 14. licet alias, putà in successione unde vir
& u-

& axor, vel liberti habiles ipsos esse dubitandum non sit, tūc
quod nulla adsit lex, quæ impedimento sit. Ergo quod lex non
dicit, nec nos dicere debemus, *l. illam, 19, C. de collation, Nov. 20*
c. 3. v. sicut enim, tūc quod prohibitio hujus successione sit o-
diofa quæ non facile extendenda *c. odia, 16. de R. I. in 6.* tūc
quod exorbitet a communibus juris regulis, proinde non tradu-
cenda erit ad consequentias *l. quod vero ff. de ll. l. quod contra. 14 ff.*
ff. de R. I. c. qua a jure communi. 28. eodem in 6.

XVII.

III. Filij perduellium, & læsæ maiestatis crimen commit-
tentium, *S. per contrarium, s. inst. de heredit. qua ab intest. l. quisquis*
s. filii, i. ib. habeantur alien. C. ad l. Iul. majest Scheidev. d. loc. num.
14. Ambr. Schurer. d. Reg. 1. limit. 10. §. 11. Vide supra d. Disp. 1. th.
93.

XIX.

IV. Monachus Franciscanus sive Minorita, ein *Barfüßer*
Bettelmünch sive enim successione adeo incapax est, ut neque sibi
ipse neque ordini suo in communi aliquid acquirere possit, *Cl.*
ex vii, §. qui aigitur, ibi gl. de V, §. Angel. in §. intestatorum, in fin.
Inst. de heredit. qua ab intest. Ambr. Schurer. d. Reg. 1. ampl. 11. §. d.
Reg. 6. ampl. 3.

XIX.

V. Foeminae cognatae respectu Rerum expeditoriarum, Das
Heergerethes, & Pecuniae compositionis gratia ob homicidium
soluta, des *Wangelbes*. Cum enim ista non nisi agnatis mascu-
lis foeminis & per eas conjunctis omnino exclusis, debeantur, per
ea, quæ supra *Disp. 1. th. 29. §. seqq.* tradita sunt, illis deficientibus,
siquidem plebei sint (nam in Vasallis aliud juris est, quod infra
th. ult. audiemus) ad Judicem superiorem habentem Jurisdic-
tionem *der die Ober oder Halßgerichte hat* non inferiorem, die
Nieder oder Erbgerichte pertinent, *Landtr. Lib. 1. art. 28. §. ib. G.*
lit. B. Welchbild. art. 59. §. ib. Gl. n. 2. §. seqq. Landtr. Lib. 3. art. 80. §.
ib. Gl. ad text. Lat. Scheidev. d. loc. n. 17. Ambr. Schurer. d. tr. tit. spe-
cialia ad 6. re. 18. pag. 343. §. 347. Vide supra th. 5. §. seqq.

non VI **XX.** Masculi agnati respectu Geraræ quæ adeo foemina in cognatione proximis debetur, ut si nullæ adfint cognatæ neque ex linea recta, neque transversali, licet agnati extant quâ plurimi, inter bona vacantia referatur, & fisco deferatur, Landtr. Lib. 1. art. 28. & ib. gl. lit. B. & Lib. 2. art. 31. & 37. Weichbild / art. 59. Gl. Lib. 1. Landtr. art. 20. lit. A. & ad art. 27. lit. C. Gl. Weichbild / art. 23. num. 38. Schurer d. tit. 18 pag. 347. Schneid. d. loc. num. 17. Mutschitz sr. de dot. lit. art. 15. num. 3. & seqq. Andr Goldbeck, d. tr. Rubr. de tertio ord. succed. num. 1. confer. d. Disp. 1. th. 45. & seqq.

XXI.

VII. Peregrini, qui ne quidem ex testamento capere possunt L. C. de hered. instit. l. 1. §. 2. ff. de leg. 3. l. sunt quidam 17. §. 1. ff. de pæ. quod quamvis correxit Fridericus II. Imp. in Const. de statut. & consuet. §. omnes peregrini 10. qui §. habetur in Auth omnes peregrini. C. communia de succession. isti tamen constitutioni ne in Germanis quidam nullam vim esse, multo minus in Italia, ubi quemadmodum & in universa Gallia fisco peregrino succedit, idque jus Siculis etiam, Asiaticis & Africæ populis commune esse scribit Joh. Bodin. Lib. 1. de Rep. cap. 6. num. 62. Petr. Gregor. Tholos. Lib. 3. Jur. Univers. cap. 12. n. 8. 9. & 14

XXII

In his terris, quemadmodum & Noribergæ. Thoming. decis. 26. n. 42. Augustæ, Spitz aliisque civitatibus Imperialibus, Gail. 2. obs. 36. n. 10. Andr. Rauchb. p. 1. quest. 15. n. 2. ut & in Marchiâ Brandenburgensi, Frid. Pruckman conf. 45. n. 13. Joach. Scheplitz ad consuet. March. part. 3. tit. 8. §. 1. & seqq. adeoq; in tota fere Germania Joh. Köppen. decis. n. 1. jus istud fiscale quadantenus restrictum est, & (ad exemplum VICESIMÆ ab Octavio Augusto introductæ Dion. Lib. 55. de bello Rom. à subsequ. vero Imp. recisæ & antiquatæ, l. ult. in pr. C. de edict. D. Hadr. toll. Cujac. Lib. 4. sent. Paul. tit. 6.) constitutum, ut peregrinis hereditatem ex testamento vel
ab

ab intestato aduentibus, certa quaedam, pro cuiusque loci consue-
tudine, portio detrahatur, siscoque cedat, quod Jus detractio-
tis, vulgo *Abzug/ Nachsteuer & Abschoss* vocamus, cuius facie
mentionem Elector Augustus *part. 3. const. ult. in Rubr. ib. nicht oh-*
ne abzug.

XXIII.

Peregrinos hic cum dicimus, non saltem externos plane in-
telligimus, sed etiam eiusdem Principis vel Magistratus subditos
in diversis tamen curiis, civitatibus vel pagis habitantes, ubi ius
hoc statuto vel consuetudine receptum est. Andr. Rauchb. *d.*
quest. 15. n. 5. Joach. Scheplitz *d. tit. 8. §. 3. n. 3. & seq. & §. 25. quest. 1. n.*
11. & seq.

XXIV

Omnes itaque regulariter huic oneri subjectos esse sua-
det *l. 2. l. jura. 8. ff. l. leges sacratissima 9. C. de LL. excipiuntur ta-*
men quaedam personæ, ut sunt Liberi parentibus succedentes.
arg. l. in suis. 11. ff. de lib. & posthum. l. qui in aliena. 6. §. interdum.
5. ff. de acquir. hered. Gl. in c. pastoralis. 28. verb. quasi de lucro. ex-
tr. de decim. Rauchb. d. quest. 25. n. 10. & seqq. qui n. 27. à Dnn.
Lipsensibus & witebergensibus in hunc modum pronunciatum
refert. Köppen decis. 6. n. 4. Matth. Berlich. p. 3. concl. pract. 52.
n. 23. Et contra Parentes liberis, Rauchb. d. quest. 15. n. 22. & seqq.
ubi rationes & præjudicia refert. Ern. Cochman. Lib. sing. con-
sult. Academ. Resp. 19. n. 57. Joach. Scheplitz. d. tit. 8. §. 1. n. 4.
Nisi utroq; casu statutum vel consuetudo diversum jubeat.
Rauchb. d. quest. 15. n. 10. quod exemplo Marchiæ suæ confir-
mat, Scheplitz. d. tit. 8. §. 1. n. 5. & §. 3. n. 4. Idem de Conjugum
successione asserit, præjudicioque Electorali confirmat Sche-
plitz d. tit. 8. §. 20.

2

XXV.

Excipiuntur quoq; Clerici in genere, ut demonstrat Johan. Gutierrez. *intr. de gabellis quest. 87. n. 2. & 92. n. 8.* Scheplitz. *d. tit. 8. §. 7. n. 11.* & per hoc Pastores & Ministri Ecclesiarum, idque in Marchiæ Consistorio Brandenburgensi decisum refert Scheplitz. *d. tit. 8. §. 7. num. 6. ut & Doctores & Professores Academicarum*, atq; adeò omnes Academicæ Jurisdictioni subiecti, qui alio commigrantes nullam bonorum suorum detractio- nem pati coguntur, nec, si extraneo relicto herede decesserint, ullum Senatui oppidano relictam ipsorum hereditatem deci- mandi jus est. Ern. Cothman. *d. lib. sing. Consult. Academ. Re- spons. 19. n. 4. ubi n. 18. & seqq.* quam plurima profert Acade- miæ Rostochiensis exempla. Scheplitz. *d. tit. 8. §. 7. n. 89. & 23.* Rauchb. *d. quest. 15. n. fin.* Idque similiter in Academia Gryphis- vvaldensi, Lipsiensi, Francofurtensi, Heidelbergensi, Helmsta- diensi, Marpurgensi, Jenensi, & Tubingensi sine omni contro- versia observari, apparet ex ipsarummet testimonijs, quæ ad ver- bum videre licet apud Cothman. *d. Lib. sing. Consult. Academ. Respons. 26.*

XXVI.

Planè hæc ipsa nostra Academia eodem gaudet privile- gio, quod referente Ern. Cothmanno *d. lib. sing. Respons. 26. n. 8.* sic habet: Wann eine incorporirte Person verstirbet ohne Weib vñ Kinder/vñd anderstwo Freunde hatt/ so ihr Erben/ denselben / wer/ oder von wannen die auch sein/wird die verlassene/ der ver- storbenen Erbschafft ganz frey vñd ohn allen entgelt gefolget/ Dörffen weder heller noch Pfennig zum Abzug geben / da sonstem dem Rath der wird Pfennig zum Abzug gebüret.

XXVII:

Cumque ante annos 50. & amplius inter alias, hanc ipsam ob

Ob causam. mota esset controversia inter 'Academiam & Senatum oppidanum Senatu nimirum privilegia & immunitates Academicas imminuere attentante, ad Illustriss. Electorem Augustum Anno 1563 res delata est, cujus quidem ventilationi dictus erat dies, sed ante adventum terminis amica compositione res transacta, quæ transactio postea Electorali approbatione confirmata est; quâ conventum, ut non modo Liberi & parentes extranei Academicis succedentes (quod quodammodo speciale videri poterat ex iis, quæ habet Rauchbar. p. 1. quest. 15. n. fin.) sed & omnes à latere, sive ex testamento, sive ab intestato ad successionem venientes, ab omni detractionis onere essent immunes, idque dilucidissimis in ista transactione verbis exprimitur, quæ luculentioris demonstrationis causa adponere non pigebit :
Wann der Unversitet Personen (so in der Foundation vnd Confirmation der Unversitet specificirt, vnnnd also dem Corpore Unversitatis eingeleibet vnd incorporirt) versterben/ vnd Kinder oder Kindesfinder//oder Eltern nach sich lassen/ so nicht zu Wittenberg/ sondern in andern Lande/ Fürstenthumbē vnd Städte wohnē/ oder enthaltē/ vnd ihren Väterlichen/ Mütterlichen oder Kinder Erbfall fordern/ daß ihnen der selbige unvermindert/ ohne einigen Abzug folgen solt, Gleicher gestalt soll es gehalten werden / da einer von den Professorn oder ihren Kindern sich von Wittenberg wenden/ vnd ihre Güter daselbst verkauffen/ oder sonst mit sich nehmen würden/ das sie davon dem Rath auch keinen Abzug geben sollen/ wie es dann der Rath in beyden jetzt angezogenen Fällen/ mit ihren Bürgern vnd Bürgerkindern selbst also halten/ vnnnd allen Einwohnern zu Wittenberg / so von Studenten/ Gelehrten vnnnd Ungelehrten nach gelassen ist. Da es nun sich auch zutrüge/ das ob ernanter Unversitet incorporate Personen/ oder derselben Kinder eines versterbe/ vnd keine Leibes Erben oder Eltern in descendenti & ascendenti linea, sondern Colaterales vnnnd seitshalber verwandte Freunde zu Erben vnd Erbnehmen nach sich verliessen/ oder ein Testament oder andern legen willen auffrichten würden / soll alsdann derselben seigherwandten angebornen Freunden/ vnnnd dem wenigen/ so im

Testament oder letzten willen etwas vermacht vnd bescheden /
des verstorbenenige lassene Erbschafft / auch ohne vermindrung
vnd Abzug des vierden pfennigs ungehindert folgen. Cothman.
d. loc. n. 4 & seqq.

XXIX.

Sanè circa Doctores legitimè promotos alibi, quem in Aca-
demiis degentes, vel Professores cognatis suis civibus oppida-
nis succedere, hereditatemque auertere cupientes, an & illi hac
prærogativâ fruantur, non una dubitandi adest causa. Magis
tamen est, ut in affirmativam concedamus sententiam, tùm quia
& ipsi Clerici sunt *arg. l. 1. §. 1. ff. de l. & l. & Clericorum gaudent*
privilegiis, quod omni dubio carere in simili statuit Matth. Ber-
lich. part. 1. concl. practicab. 21. in f. & in terminis terminantibus
part. 3. concl. 52. n. 33.

Clericis autem hoc onus remissum esse supra demonstravi-
mus, tùm quod Professores, Doctores & Magistri non tantum
personalium. *l. si duas 6. §. 1. & seqq. ff. de excusat.* sed & civilium
munerum (id est patrimonialium, *l. ult. §. pn. ff. de muner. & ho-*
nor. ubi civilia opponuntur personalibus. *junct. pr. d. l. ult.*) va-
cationem habent *d. l. ult. §. ult. d. l. si duas 6. §. 1. ibi à reliquis mu-*
neribus & §§. seqq. l. medicos. 6. ib. ab omnibus muneribus vel civili-
bus vel publicis. C. de profess. & med. quod Constantini privilegi-
um confirmarunt Imp. Honorius & Theodosius *in l. ult. d. e. ib.*
preter hac, qua retrò latarum sanctionum auctoritate consecuti sunt.
Prætereaque omnium munerum publicorum immunitatem cõ-
cesserunt, *ib. sint ab omni functione omnibusq; muneribus publicis*
immunes. Hæc autem detractio, si non onus & munus perso-
nale est (quod tamen in hereditate solis mobilibus constante
voluisse videtur Ampliss. Facultas nostra Juridica in sententia
ad Rostochiensis apud Cothman. *d. Lib. sing. Respons. 25. n. 43. ib.*
Weil oft erwühnter Vortrag außtrücklich vermag/das die ewren
aller munerum personalium frey sein sollen / von den liegenden
grün

gründen aber vnd Häusern alleyn beleyet werden mögen: Es
 feind sie auch von Brautschatzen vnd Erbschaften / die ihnen an
 bahren gelde zukommen / vnd vnter bewegliche Güter nicht zu
 rechnen / den hundertsten pfennig zu geben nicht schuldig) *munus
 tamen reale, vel potius mixtum, (quod naturaliter quidem est
 patrimoniale, sed formaliter onus personarum, Bald. in l. pro-
 pter honorem 6. C. qui bon. ced. poss. n. 3. & in l. ult. C. sine censu. n. 12 &
 seqq. Adolph. Knobell int. consil. var. 1. C. 1. tom. 3. consil. 44. incip.
 Cum alienum. n. 4.) censendum est, quæ omnia prædictis personis
 remitti supra demonstravimus, & pluribus confirmat Joach, Ste-
 phan. in subscript. ad d. Respons. 24. Cothmanni. n. 1. & seqq. & Matt.
 Stephan. Lib. 3, de Jurisdic. p. 2, cap. 10, n. 16, & seqq. & præsertim
 num. 36.*

XIX.

Liberis quoq; & viduis harum personarum privilegium li-
 stud, quam diu in priore statu consistunt, tribuunt *Imp. in d. l.
 medicos. 6. C. de profess. & medic. l. quotiens. C. de privileg. Scholar. l. 2,
 C. de Episc. & Cleric. arg. l. fin. C. de bon. mater. l. 1, §. ex actio. C. de rei
 ux. l. femina l. ult. ff. de Senator. l. filii. §. vidua ff. ad municip. l. mu-
 lieres C. de incolis lib. 10, l. exigere ff. de judic. idq; post alios fusius
 demonstrat. Ern. Cothm. d. Lib. sing. Resp. 15. à n. 8. idq; non so-
 lum in Academia Tübingsensi & Francofurtensi, sed & in nostra
 Wittebergensi in viridi esse observantiâ probat Cothman. d. Resp.
 15. n. 34. verbis ipsius privilegii, quod sic habet: Wann etner von
 den incorporirten Personen stirbt / Weib vnd Kinder hinder sich
 verlesset / so tretten die Wittbe vnd Kinder in alle ihres verstorbe-
 nen Mannes oder Vatern privilegien / haben sich derselbigen auch
 zugebrauchen / vnd bleiben vnter der Vniversitet Jurisdiction / so
 lang sie ihren Stand nicht verrücken / vnd sich selber derselbigen
 fremwillig begeben / quod repetitum in d. transactione, cuius
 verba hæc sunt: Zum vierden ist abgehandelt / das obgedachter
 Personen Wittben / so lange sie ihren Wittbenstand nicht verru-
 cken / der Vniversitet vnd nicht des Raths Voimefigkeit vnter-
 worffen /*

worffen / vnd ihrer verstorbenen Ehemänner Freyhelt vnd Pri-
vilegien / wie ihre Männer bey ihrem Leben gehabt (solange sie
Wittwen bleiben) ferner gemessen sollen. Cothman, d. Resp. 26.
n. 6. & 7.

XXX.

Locum autem habet hæc Falcidia in universa hereditate &
qualibet ejus parte. Scheplitz d. tit. 8. §. 2. n. 2. ut & in Legatis.
Joh. Koppen. decis. 6. n. 16. exceptis legatis ad piam causam reli-
ctis Tiraquell. tr. de privileg. pia cause privil. 26. per tot ut sunt re-
licta Ecclesiæ, vel Studiosis ad continuanda studia Dec. consil. 496.
n. 2. & seq. Reinh. Rosa in addit. ad Dan. Moller. const. 39. n. 19. p. 3.
Speckhan cent. 2. class. 1. quest. 14. n. 12. sive in mobilibus consti-
stât, sive immobilibus, Scheplitz d. tit. 8. §. 6. n. 3. vide plura de
hacre apud. Matth. Berlich. p. 3. concl. pract. 52. n. 37. & seqq.

XXXI.

Et competit hoc jus defalcandi superiorem habenti jurisdic-
tionem, non inferiorem Joach. Scheplitz d. tit. 8. §. 25. quest. 1.
per tot. & quest. 3. ubi à Facultate Juridicâ Academiæ Francofuti-
ensis ita judicatum refert. Adde Ern. Cothm. d. Lib. sing. Resp. 19.
n. 3. & seqq. Rauch. d. quest. 15. n. 3. modo Judex sit ordinarius & do-
micilij defuncti, etsi bona fortè mobilia, ut & nomina sub alte-
rius reperiantur jurisdictione. Scheplitz d. tit. 8. §. 6. n. 2. Ratio af-
signatur à Gl. Lat. ad text. Germ. Landtr. Lib. 1. art. 52. lit. B. inf. Gail.
2. obs. 124. n. 18. Andr. Goldbeck. de success. Gerad. Rubr. de reb.
quas uxor. n. 3. & seq. Rauchb. d. part. 1. q. 17. per tot. Vide plenius
hæc deducentem Matth. Berlich. d. concl. 52. n. 64. & seqq.

XXXII.

Academiæ quoque hoc Jus in bonis defunctorum Academi-
corum

eorum ut tribuamus rationis est, per ea, quæ disputat Cothman
d. loco Resp. 19. n. 43. & seqq. præsertim si a iudice peregrini, he-
reditatem petentis eadem detractio usurpetur, ut ita jure retor-
sionis idem quoque juris in ipsum statuatur quod is alijs dixerit.
l. 1. ff. quod quisq; jur. idque indicant Lipsenses apud Cothman.
d. Lib. sing. Resp. 26. n. 11. de quo retorsionis jure, propter affinita-
tem, dicendum aliquid est.

XXXIII.

Receptum est hoc **JUS RETORSIONIS** & confirmatum in
his provincijs ab Electore. Augusto. part. 3. Constit. ult. æquissi-
mâ ratione, ex jure divino & naturali dimanante, ut quod quis-
que juris in alium statuerit, ipse eodem jure utatur. Matth. 7. v.
12. Luc 6. v. 51. Tobiz. 4. v. 16. l. 1. ff. quod quisq; jur. c. justum est.
D. 9. l. cum in eo 44. in ff. de pact. d. const. Elect. August. in pr. & ib.
Dan. Moller. in comment. num. 1. & Reinh. Rosa ad eundem n. 2.
Thomings. decis. 26. n. 8. & seqq. Etn. Cothman. vol. 1. consil. 43.
n. 98.

XXXIV.

Idq; obtinet non solum in hereditatibus per d. const. ult. ib.
Don dannen mandte Erbschafft/verum etiam in rebus Expedi-
torijs Landtr. Lib. 1. art. 19. v. oder als ferne er gezeugen magt/Gl.
Lat. ad text. Germ. ibid. Lit. C. d. Const. ult. in Rubr. ibid. oder
Heergewette/ & in nigr. 5. Und ist demnach/ubi Dan. Moller.
n. 5. Vrensilibus & alijs hujus generis. d. 5. Und ist/demnach/ubi
Moller. n. 5. Matth. Coller. p. 1. decis. 55. n. 2. a quibus si in una
provincia, civitate, communitate, vel pago certi alterius curiæ
homines in totum vel pro parte sunt exclusi; illius provinciæ, ci-
vitatatis &c. subditi vicissim alijs in locis eodem modo excludun-
tur. d. const. ult.

XXXV.

XXXV.

Unde evenit ut si nemo in isto loco, ubi jus hæretionis exercetur, capax sit bonorum istorum (nam si alij post extraneum istum adhuc supersunt, illi merito secundum gradus sui prærogativam admittendi sunt, *d. const. ult. §. Otewell aber / ubi Dan. Moller, n. 7. arg. §. placebat. 7. Inst. de legit. agnat. success. §. 1. ff. & C. de success. edict. Rauchb. p. 2. quest. 19. inf.*) ad Magistratum loci pertineant. *d. const. ult. §. fin.* adeo, ut quamvis cognata alterius territorij, cognata suæ possit in hereditate succedere, Geradæ tamen, propter jus retorsionis capax non sit, & nequidem jure hereditario bona ista utensilia consequatur, sed vel ad alias remotiores cognatas, si extant; sin minus ad fiscum deferat. *Rauchb. d. quest. 19. per. cor. Matth. Berlich, p. 3. concl. practic. 51. num. 17. & seq.*

XXXVI.

INDIGNI qui hic dicantur, supra expositum est, Tales sunt. I. Rei Majestatis, quorum bona ipso jure fisco addicuntur, omnisque administratio statim a tempore perpetrati delicti adimitur. *l. quisquis. §. pr. l. ult. pr. C. ad L. Jul. Majest. l. qui cumq. n. cum aut. bona damnatorum in t. de bon. proscript. Schneid. d. loc. n. 14. Ambr. Schurer. d. Reg. spec. 6. ampl. 4.* Et si vero olim in omni ferè crimine capitali damnatos publicatio bonorum sequi solebat. *l. i. ff. & C. de bon. damnat.* illud tamen per Nov. 134. ult. sublatum, atque adeo in solo ferè crimine læsæ majestatis tanquam speciale retentum est. *d. Auth. bona damnatorum. in f. C. de bon. proscript. Adde supra Disput. l. th. 93. & seqq.*

XXXVII.

II. Heretici. *l. Manichæos. 4. §. 1. C. de heret. & Manich. c. si quis Episcopus. §. extr. de heretic. c. accusatus, 8. §. in eo. de heretic. in 6. præsertim si liberos orthodoxos non habeant. l. Manichæi. 15. C. d. t. Schneid. d. loc. n. 14. Vide supra Disput. l. th. 92.*

XXXVIII

XXXIX.

III. Incestas vel alias prohibitas nuptias contrahentes, quibus ut indignis ejus mulieris, cum quâ contracta sunt, auferitur successio. *l. qui contra 4. l. si quis incesti. 6. C. de incest. nupt. l. auferitur. 2. l. Claudius 13, cum seqq. ff. de his qua ut indign. l. cum hic status. 32. in f. ff. de donat. inter vir. & ux. Ambr Schurer. d. Reg. 6. ampl. 6.*

XXXIX.

IV. Heres non vindicans necem defuncti, intra terminum à judice datum, antequam ab alio praeveniat. *l. 1. pr. ff. de iur. fisc. l. 1. C. ubi caus. fiscal. l. 1. C. de his quib ut indig. Gl. Landtr. Lib. 1 art. 62. num. 2. in f. nisi eadis authores repetiri nequeant. l. cum fratrem. 9. C. d. t. Schneid. d. loc. num. 16. Ambr. Schurer. d. Reg. 6. ampl. 6.*

XL.

V. Occidentes defunctum. *l. Lucius. 9. ff. de iur. fisci. l. cum ratio. 7. §. prater ea. 4. ff. de bon. diminat. vel culpa aut negligentia causam mortis praebentes. l. indignum. 3. ff. de his. qua ut indign. l. 8. ff. ad l. Aquil. arg. l. nihil. 15. ff. ad l. Corn. de siccar. Ambr. Schurer, d. ampl. 6. Wesembec. in paratt. ff. de his qua ut indignis. n. 2.*

XLI.

VI. Defunctum gravis delicti reum facientes, aut status quaestionem eidem moventes. *l. si inimicitia. 9. §. fin. ff. de his qua ut indign. & Legatarij capitales inimicitias cum testa ore exercentes, illive maledicentes, d l 9. pr. §. 1. l. 3. in f. ff. de adim. legat. l. 1. in f. ff. de iur. patron. Welenb. in parate. d. t. n. 3.*

R

XLII.

VII. Testamentum tanquam in officiosum aut falsum, alio-
ve probroso nomine accusantes, causaque cadentes, *l. post legat-*
tum 5. pr. §. si pater. 3. l. heredi. 15. cum seq. ff. de his que ut indign.
l. Papinianus. 8. §. meminisse ff. de inoff. testam. Ut & contra tabb.
bonorum possessionem petentes, l. aufertur. 2. pr. ff. de his que ut
indign. Schur. d. ampl. 6,

VIII. De viventis hereditate improba pacta facientes *l. do-*
nari. 29. §. quidam. 1. cum l. seq. ff. de donat. l. aufertur. 2. inf. ff. de
his que ut indign. l. cum dominus. 19. inf. ff. de pecul. legat. Ambr.
Schurer. d. Reg. 6, ampl. 2, & 6.

IX. Promittentes in fraudem juris restituturos se personam,
quam capere fas non est, *l. in fraudem. 10. cum l. seq. l. cum qui 18. pr.*
ff. de his que ut indign. Wesenb. in paratt. ff. d. t. n. 3.

X. *Αυτοχρητες*, qui metu pœnæ, & deprehensi in eo cri-
mine, quod ipso jure bonorum publicationem secum trahit, u-
ti hodie est crimen perduellionis, *l. quisquis. 5. C. ad l. Iul. ma-*
jestat. l. fin ff. de bon. eor. qui ant. sent. (in reliquis enim crimini-
bus cessat hodie confiscatio *Aurb. bona. damnatorum. C. de bon.*
proscript. vel accusati, violentas sibi manus inferunt, l. in fraudem,
45. §. ejus bona, 2 ff. de jur. fisci, l. ult. §. ut autem. 1. & seq. & t. t. ff.
de bon. eor. qui ant. sent. nisi heredes parati sint causam suscipere,
& innocentem defunctum ostendere, aliaque potius ex causa P.
tadio vitæ, doloris impatientia, æris alieni pudore, furoris ra-
bie &c. mortem conscitam probare, *d. l. ult. §. ult. ff. de bon. eor.*
qui

qui ant. sent. l. in fraudem. 45. §. ejus. 2. ff. de iur. fisci, l. si quis filio, 6.
§. ejus qui. 7. ff. de iniust. rupt. & irrit. Schneid. d. loc. n. 15. Ambr.
Schurer. de Reg. 6. ampl. 5.

XLVI.

Eadem ferè distinctio hodiè in Imperio servatur ex constitu-
tione criminali Caroli V. ubi cap. 135, ita statuitur: Wann der
so sich selbst erwürget solche Missethat begangen / deswegen er Leib
und Gut zugleich verwircket / so seynd seine Erben seiner Güter
nicht fähig: Wo er aber allein seinen Leib verwircket / oder sonst aus
Melancholen / Gebrechlichkeit seiner Sinne / sich selbst erödtet /
desselben Freunde sollen an seiner Erbschafft nicht verhindert wer-
den. Unde & Saxo inquit: Wer von Gerichtshalben seinen Leib
verleuret / oder wer ihm selber den Todt anthut / sein Nächster
Erbe nimpt sein Gut. Landtr. Lib. 2, art. 31, §. ib. Gl. & Landtr.
Lib. 1, art. 5, n. 10, v. Wieder dieses ist §. Gl. Lehent. c. 72. n. 10. v.
auch lassen die keine Erben, Atque ira apud Saxones iudicatum se
meminisse scribit Wesenbec. in parat ff. de bon. eor. qui ante sent.
à 2. fino.

XLVII.

Hiscæ itaque casibus fisco successio aperta est, qui intra
quadriennium à tempore nunciationis, quo bona verè coepe-
runt esse vacantia, computando l. 1. §. 2. de iur. fisci. bona vacantia
agnoscere debet, nisi malit à bonorum possessore excludi per
quadriennii præscriptionem, l. intra quatuor. 10. ff. de divers. &
temp. præscript. d. l. 1. §. Divus. 2. ff. de iur. fisci, l. 1. C. de quadrien. præ-
script. l. 1. & l. pn. C. de bon. vacant. l. quia, 6. §. certe. 7. ff. si quis o-
miss. caus. testamen. Sin verò nulla sit facta nunciatio, præscrip-
tio 20. annis, ex quo quid ad fiscum pertinere potuit, dinume-
randis, perficitur, d. l. 1. §. præscriptio, 3. ff. de iure fisci. l. anni, 2. §.
1. cum seq. l. annus. 4. §. 1. ff. de requir. reis. quod secus est Jure Sa-
xonico

xonico, Da kan sich das Reich an Dem Erbe nimmer verschwel-
gen/ die weil es das Gezeugnis haben mag. Landr. Lib. 1. art. 29.
Reinh. p. 6. diff. 20.

XLIX.

Sane Jus Saxonicum magis hoc in casu favet fisco, con-
dens Judici, ut nemine hereditatem vindicante, siquidem in mo-
bilibus consistat, intra annum & diem præscribere possit, text
Landr. Lib. 1. art. 28. & 38. & Lib 2. art. 31. Gl. Weichbildt/ art. 59
& Gl. in Lehenc. 72. n. 8. Sin verò in immobilibus spatio 30.
annorum anni & dierum, drehsig Jahr/ Jahr vnd Tag/ arg. l.
hereditatis, C. de petit. hered. junct. Gl. L. ad. ad text. Germ. Lib. 1.
Landr. art. 28. lit. B. C. & E. & arg. art. 80. Lib. 3. Landr. Fachs. diff.
35. Reinhard p. 1. diff. 34. Matth. Coler. p. 1. decis. 72. n. 6. & seqq.
Ambr. Schurer. d. tr. tit. special. ad sext. reg. 18. Rub. Fisci diversit.
Saxon. Notschitz, de dotalit. art. 27. n. 4.

XLIX.

Agnitis verò hisce bonis, onera quoque ad fiscum trans-
eunt, l. fiscus. 6, ff. de Iur. fisci. l. si servus, 50. S. si quis, 2. ff. de legat. 1. l.
2. C. ad l. Iul. de vi pub. arg. c. cum. nota sit. extr. de decim. c. recolent-
tes, 3. extr. de stat. monach. l. 2. C. de prad. & omn. reb. navic. Hinc ju-
re nostro Saxonico de hereditate ad Judicem devoluta debetur
praconi, Dem Fronboten das Getreide / das im Stadel nebst
der Erden leit/ vngesehr von drehen beeten/ vnd des Mannes täg-
liche Klender/ ut habetur. Lib. 3, Landr. art. 56.

L.

Transcunt autem bona ad fiscum non civiliter, sed natu-
raliter considerata, quatenus nimirum beant & profunt. l. bno-
rum. 49. ff. de V. S. atque adeò plus commodi quàm incom-
di habent, l. proprie, 83. d. t. Et licet teneatur fiscus defuncti cre-
di-

ditoribus satis facere: ultra vires tamen bonorum non tenetur;
l. 1. §. 1. l. non possunt. ff. de Jur. fisci. Borch. de grad. Rubr. de suc-
cess. fisci circa fin. Hoenon. Disp. Inst. 10. th. 6. Heig. adt. Inst. de bo-
nor. possess. n. 51.

LI

Legata tamen & fidei commissa, & libertates testamento
relictas utique prestare necessum habebit, l. dicitur. 14. ff. de Jur.
fisci. l. non intelligitur. 3. §. cum ex causa 3. eod. l. cum fisco. 9. ff. de SC.
Silan. l. quidam. 96. §. quotiens. 1 ff. de legat. 1. l. recusare. 6. §. si fisco. 3.
ff. ad SC. Trebell. l. un. §. pn. & ult. C. de caduc. toll. Fach. 6. con-
trov. 22. Etsi enim propriè loquendo heres non sit, sed heredi-
saltem loco, l. inter eos. 51. §. fin. ff. de fideiuss. l. 2. C. ad l. Iul. de vi-
publ. occupans bona vacantia jure regalium, c. 1. qua sint regalia.
Borch. de grad. Rubr. de success. fisci. per l. 1. §. 1. ff. de Jur. fisci. junct.
l. hereditatis. 119. & l. pecunia. 178. §. 1. ff. de V. S. Adde l. 1. & t. t. C.
de bon. vacant. d. l. tutoris. 2. C. ad l. Iul. de vi publ. l. quod D. Mar-
co. 50. ff. de manum. testam. iisdem tamen conditionibus parere
debet, quibus persona, à qua ad ipsum, quod relictum est, per-
venit, l. in facto 60. §. 1 ff. de condit. & demonst. Heig. d. loc. Val.
Forst. Lib. 2. de success. c. 3. n. 13. Diss. Ranchin de success. ab intest.
§. 23. n. 1 & Hillig. ad Donel. 9. comm. 1. lit. S. Hinc & Inventari-
um conficiendi necessitas ipsi imposita est à Justiniano Nov. 1.
c. 4. in fin. ib. in omni persona, & ib. siue etiam Imperiali, & ib. siue
alterius cujus liber, Vide Fachin. 6. contro. 21. & Hanon, d. Disp.
10. th. 6.

LII.

Atque hæc fisci successio justissima à sanè ratione introducta
est. Etenim cum is, qui Jus fisci habet, itinera tuta prestare,
vias publicas sarras tectas conservare. Corn. Lib. 3. consil. 181. n. 15.
pacibula, numellas, eippos, compedes, & id genus alia in judiciis
ad castigandos facinorosos necessaria extruere, Gl. Weichbild / art.

59 ubi dicitur: Gerade/so Erblos stirbet/ wird dem Richter dar-
rumb gefolget/ daß er Richterliche gewalt / vnnnd davon Stöcke /
Pranger / Galgen / staupen vnd allerley Sachen / damit man Miß-
thäter peiniget vmb ihren verdienten Lohn halten soll. Adde Gl.
Lib. 1. Landtr. art. 28, lit. B. Schneid. d. loc. num. 17. Dan. Moller,
ad Const. Electoral. 38. par. 3. num. 9. aliaque multa publicæ utilita-
tis causa erogare teneatur: ex usu Reipub. visum fuit, hæc & si-
mililia bona tanquam redditus quosdam fisco concedere, ne subdi-
ti novis subinde exactionibus onerandi essent: præsertim cum
talia bona alias absque domino manerent, & proinde eujuslibet
prædæ exposita essent. Ant. Cont. de hered. & bon. poss. pag. 9.
quod maximè publicæ utilitati contrarium est, uti apparet ex pr.
Inst. de usucap. cum ib. not.

LIII.

Et hæcenus de successione illorum, qui verè & propriè lo-
quendo Jus fisci habent: sequuntur jam quædam personæ, qui-
bus quidem revera confiscandi jura non competunt: tributum
tamen illis succedendi privilegium ad fisci similitudinem, cum
ex naturali aliqua ratione, vel conjugali vinculo non admittan-
tur, fisco tamen in successione potiores habeantur.

LIV.

Hujus generis sunt I. Collegia licita, non quævis, (uti ma-
lè censet Bl. ad l. 1. C. de hered. decur. Tiraq. in tr. le mort sai sit le
vif. declar. 15. p. 2. n. 6. & seqq. Castrenf. in l. si quis 6. §. ejus. 7. ff. de in-
just. rupt.) sed enumerata tantum in t. C. de heredit. decurion. na-
vie. &c. nimirum: 1. Collegium Decurionum seu Curalium. l.
intestatorum, 4. C. d. t. 2. Naviculariorum, l. 1. d. t. 3. Cohortali-
um seu Officialium præsidis, l. si quis cohortali, 3. eodem. 4. Militum,
l. universis. 2. d. t. l. un. C. Th. de bon. milit. 5. Fabricensium, l. ult. eod.
ad eò ut Doctori in Academia decedenti non succedat Collegi-
um Doctorum, sed fiscus Academiae per ea, quæ supra th. 32. dixi-
mus, Schneid. d. loc. n. 20. Ambr. Schurer. d. Reg. 6. limit. 3.

LV

LV.

II. Ecclesia in bonis Episcopi, Clerici vel Pastoris, *l. si quis Presbyter. 20. C. de Episc. & Cleric. Nov. 131. c. 13. c. 1. & 2. extr. de success. ab intest. c. fin. 12. q. ult. Gl. Lib. 1. Landtr. art. 5. n. 8. & Zobel, in addit. ad Gl. ult. text. Latini ibidem.* non tantum occasione & ex re-
ditibus Ecclesie acquisitis, quippe de quibus nec testamentum
facere, *d. Nov. 131. c. 13. c. 1. cum in officiis, 7. c. quia nos, 9. extr. de testā.*
nec consanguineum ab intestato heredem habere potest, sed
Ecclesiam, *c. 1. extr. de success. ab intest.* verum etiam in propriis &
patrimonialibus, nullo scilicet legitimo herede extante, *d. l. si
quis. 20. Panorm. in c. quia diversitatem, col. ult. extr. de concess. pre-
bend. Zobel, in addit. ad d. text. Lat. Lib. 1. Landtr. art. 5. Schurer. d.
Reg. 6. limit. 4. Heig. d. loc. n. 54. & seqq.*

LVI.

III. Addi solet Episcopus in bonis peregrinorum in pere-
grinatione decedentium, quibus non hospes, qui illos excepit,
succedere debet, sed Episcopus *Auth. omnes peregrini, C. commu-
nia de success.* verum hoc non propria successionis species: Epi-
scopus quippe talia bona custodire saltem, & legitimis, si fieri
potest, & extant, heredibus restituere: sin minus in pias causas
erogare tenetur, *d. Auth. omnes peregrini, Schneid. d. loc. num. 22.
Ambr. Schurer. d. loc. limit. 5.*

LVII.

IV. Referunt huc socios liberalitatis Imperialis *l. unica, C.
si liberal. Imp. soc. fin. hered. decess. Schneid. d. loc. n. 19. Ambr. Schur.
de reg. special. 6. limit. 2. Petr. Heigius d. loc. n. 57.*

LVIII.

V. Pertinet huc Praefectus Praetorio, qui Praefectia no, vel ad-
huc

1532
huc militanti, vel post depositum eingulum sine heredibus mo-
rienti succedit, l. ult. C. de apparit. Praefect. Prator. Gothofred. ad
Rubr. C. de heredit. Decur. lit. O.

LIX.

VI. Dominus quoque Feudi Vasallo legitimum heredem
non relinquenti (quod quando accidat, tam secundum Jus Ci-
vile, Feudale & Saxonicum, supra Disp. 3. de success. collat. tit. 97.
& 2. seqq. expositum est) succedit in Feudo, jure tam communi,
c. 1. v. et si clientulus. tit. de alienatione feud. Lib. 1. F. 13. c. 1. quali-
ter olim pot. feud. alien. Lib. 2. F. 9. quam Saxonico, Lehent. c. 6. &
ib. Gl. lit. C. Ambr. Schurer, d. tr. tit. special. ad sext. reg. 18.

LX.

Res quoque expeditorias, Vasalli sine agnatis mortui, Do-
minus ante fiscum occupat, modo feudum ad ipsam revertatur;
Et quando defunctus varia habuit feuda, tum quilibet Domi-
nus eas expeditorias, quas in feudo suo offendit, lucratur. Idque
sic praticari scribit Gl. Lat. ad text. Germ. Lib. 1. Landr. art. 28.
lit. B in medio. Adde Modest. Pistor. illustr. quest. 54, ubi Ja-
cob Schultes in addit. Ambr. Schurer. d. tit. 18. Ex quibus
efficitur fisci in feudis nullam esse successio-
nem, Sonsbec pare. 9: de feud. n. 116.
Vult. 1. Feud. c. 9 n. 123.


Atq; haec quidem de quinque illis succedendi ordinibus ex-
ercitii gratia adduxisse sufficiat. DEO, à quo o-
mnia, sit laus, honor & gloria seculis
indefinitis.


FINIS.

X 2615909

VD 17







B.I.G.

Farbkarte #13

M. A. ³⁴ ⁴⁹
REUSNERI ⁸ Jai
errimi,
uccessionis Le-

x,
QUINTA, ^{1654 7}
E
SSIONE
SCI

am
issin à Facultate Juridic à illustra
Pitteberge
IDE
ICHORIO
J. V. D.
ventilationis subjeis

SOMMERI
Lufatus.
Pureconsultorum
ii bor. matut.
RGÆ
hannis Haken
OC LIV.